

Georg Detharding

**Programma Qvo ad Anatomiam in Corpore Masculino frigore extincto Hodie &
per subsequentes Dies ... invitat**

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1710?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1771773510>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA
QVO
ad
ANATOMIAM
in
CORPORE MASCULINO

frigore extincto
Hodie & per subseqventes Dies

â se
instituendam
MAGNIFIC. DOMINUM RECTOREM


ILLUSTRES OMNIUM COLLEGIORUM PRÆSIDES ET ASSESSORES

Omnesque omnium ordinum Cives

ACADEMICOS

eâ quâ decet observantia & humanitate invitat

GEORGIUS DETHARDING,
M.D. & Anatomix Profess. Public.



ROSTOCKI,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Amplif. Senat. Typogr.



336/



Aud é memoriâ vestrâ, Lectores benevoli! erit
 evulsum, quantis gaudiis ante triennium publicè
 Serenissimi nostri Principis, Nutricii
 nostri Magnificentissimi, & Domini
 Clementissimi, vobis deprædicaverim gratiam
 summam, quomodo ad culmen gloriæ evectus, fecundissimis radiis hanc almam respexerit, & clementissimâ cadaveris humani violentâ morte perempti concessione nobis otia paraverit adeo Saluti nostræ necessaria: nec mihi unquam excidet, quantis jubilis ipsi ad has ferias accesseritis, & in alieno corio vestra metiri commoda & incommoda didiceritis. Jam felici imitatione, ex benevolentia Amplissimi Reipublicæ Rostochiensis Senatus, nova offert se ipsum intimius cognoscendi occasio, homo sive mavis corpus humanum, in quo tum illic visa commodissime repetere, cum quæ forsitan oblivione quâdam contrita sunt, iterum iterumque observare poteritis, aut qui istis non affuerè solennibus, hic, quæ agant, habere, & invenire qveant. Absit enim, ut vel de uno vestrum mihi habeam persuasum, ipsi sordere hæc talia, cui cætero quin ut secum habitet in aures insusurrarem, & discat svaderem, quam curta quam jejuna de talibus ipsi notitia sit, ac cogitet vitia animi sui omni illo quod ex corpore proficisci potest, tætidiora & abominanda magis, forteân exteriori fuco conversationis amabilis oblinita hæctenus. Meliora animo meo de vobis imprimò, & vel istis medicis vos doctiores judico, quos hæc talia vel malitiosè ignorasse, vel turpiter se inde dedisse historiæ habent. Equidem Polybium quamvis Hippocratis discipulum non adeo culpo, quando de origine venarum adeo jejunè loquitur: *Quatuor enim ait dari venarum paria, unum ex capite ortum, retro, per Cervicem ad poplitem & malleolos pedum exteriores descendere: alterum ex eodem prodire, jugulares dici, & ad interiores pedum malleolos protendi: tertium ex temporibus per cervicem abire ad pulmones hepar lienem & renes: Quartum denique ex oculis derivari ad manus, nec enim infelicitas illius seculi, & religio majorem notitiam vix Hippocrati concessere*

re vel Democrito, quem adeo! excellentem Anatomicum fuisse frustra nobis persuademus. Quid sentiendum de Helmontio? Is in tractatu, cui titulum fecit, *Philosophia Aristotelis & Galeni ignara, naturam metiri, concedit sua destillando, irrigando, siccando, calcinando, resolvendo, iisdem plane mediis, quibus vitra ejusmodi operationes absolunt, & artificem natura operationes imitando, ejusdem proprietatem, & scientiam nancisci*, & sic per omnia, se Philosophum per ignem demonstrat; Sed quod per cultrum non talis fuerit, lapsus in anatomicis hinc inde obvii evincunt, rumpantur ejus Archeo quamvis omnia illa. Quid de Tacchenii celebris cateroquin Chimici scientiâ Anatomicâ sentiendum sit, ex discursu, quando in Illustri quodam convivio pancreas non carneum, sed cartilagineum esse adstruxit, elucescere potest. Nec minus de celeberrimò quondam Poloniarum Regis olim Archiatro conjecturas fovêo non adeo caluisse eum anatomiam, quando cordis substantiam ex meris partibus tendinosi constare & hinc vulnera ejus lethalia esse pronunciavit. Sed superat illos omnes audacia *Johannis Gvinterii Andernaci*, Medici & Vesalii præceptoris, edidit quippe Epitomen de structura corporis humani, & ex hoc famæ gloriam quæsit, sed audiamus quæ sit testimonium, quod de eo discipulis fert, ipse Vesal. libr. de Chin. *Gvinterium ait, ego sanè multis Nominibus colo, & in Medicinâ Præceptoris Loco publicis scriptis habeo. Verum tot mihi sectiones infligi cupio, quot illum aut in homine, aut in alio bruto (præterquam in mensâ) tentantem vidi neque arbitror Gvinterium id agere ferre, quum ipsi cum non paucis aliis constet, num mihi aliquid in hac nostra artis parte debeat, si quid modo in dissectionis ratione extra communes Galleni libros sibi vendicet.* De Cartesio an plura sibi in corpore humano finxerit, quam perpexerit, in præsens non examinabo, nec enim de aliis nisi Professione medicis mihi sermo est. Quid si eadem quæ illis mens etiam cæteris fuisset Anatomix cultoribus, ut puta, Vesalio, Bauhino, Severino, Harvejo, Bartolino, Malpighio, Stenoni, Svammerdamjo, Hornio, Nuckio, (o! quam gratum Præceptoris nomen, cujus sine voto & gratis pro felici informatione nunquam reminisci possum &c.) quantane hodiernum delitescerent saluberrima inventa, præclara in rem medicam merita, Sed quorum jam nomina, & laudes manebunt perpetim. Imitemur jam holce, nec similes sumus Russis ab Anatomix & sceletorum usu alienissimis, & scientiam illam adeo salubrem inhumanem, horum vero structuram, ab magorum præstigiis parum abesse pronunciantibus, adeo, ut excellens quidam Chirurgus Germanus, referente Oleario in itinerrario Persico, sceletum affabrè factum studia sua promovere sedulus, cum hoc increbesceret, in fuga salutem quærere, & regno exire coactus fuerit, sceletum igne combusto: nec enim rudioris hujus populi mores cæteri nobis arrident, hunc quoque scientiarum contemptum ipsis pariter relinqvamus. Adeste Ergo, quos propria

pria salus constrictos tenet ! Adeste ; qvi sacra hæc qvæ indicantur intelligitis ! Adeste , qvi vestro accessu gloriosam , splendidam , & illustrem hanc nostram opellam reddere habiles estis. Magnalia DEI sunt ad qvæ vocamini , immensa Divinæ Sapientiæ opus est, quod intueri potestis, certissimum Atheismum expellendi remedium demonstrabitur. Agite ergo & , spectatum venite.

DEMONSTRATIONES HABEBUNTUR HORA SECUNDA
POMERIDIANA IN AUDITORIO QVONDAM DICTO
PHILOSOPHICO.

TEESSERA ANATOMICA

DEUS ET MACHINA!



re vel Democrito, quem adeo | excellentem Anatomicum fuisse frustra nobis persuademus. Quid sentiendum de Helmontio? Is in tractatu, cui titulum fecit, *Philosophia Aristotelis & Galeni ignara, naturam metiri, concedit sua destillando, irrigando, siccando, calcinando, resolvendo, iisdem plane mediis, quibus vitra ejusmodi operationes absolvunt, & artificem natura operationes imitando, ejusdem proprietatem, & scientiam nancisci, & sic per omnia, se Philosophum per ignem demonstrat*; Sed quod per cultrum non talis fuerit, lapsus in anatomicis hinc inde obvii evincunt, rumpantur ejus Archeo quamvis omnia ilia. Quid de *Tachenii* celebris cæteroquin Chimici scientiâ Anatomicâ sentiendum sit, ex discursu, quando in Illustri quodam convivio pancreas non carneum, sed cartilagineum esse adstruxit, elucescere potest. Nec minus de celeberrimò quondam Poloniarum Regis olim Archiatro conjecturas fovêo non adeo caluisse eum anatomiam, quando cordis substantiam ex meris partibus tendinosâ constare & hinc vulnera ejus lethalia esse pronunciavit. t illos omnes audacia *Johannis Gvinterii Andernaci*, Melii præceptoris, edidit quippe Epitomen de structura corâni, & ex hoc famæ gloriam quæsit, sed audiamus quædum, quod de eo discipulis fert, ipse Vesal. libr. de *nterium* ait, *ego sanè multis Nominibus colo, & in Medicinâ Loco publicis scriptis habeo. Verum tot mihi sectiones in quot illum aut in homine, aut in alio bruto (præterquam sentantem vidi neque arbitror Gvinterium id agere ferre, im non paucis aliis constat, num mihi aliquid in hac noarte debeat, si quid modo in dissectionis ratione extra commi libros sibi vendiceret.* De Cartesio an plura sibi in corâno finxerit, quam perpexerit, id præsens non ex nec enim de aliis nisi Professione medicis mihi

Quod si eadem quæ illis mens etiam cæteris omniæ cultoribus, ut puta, Vesalio, Bauhino, Severijejo, Bartolino, Malpighio, Stenoni, Svammerdam, Nuckio, (o! quam gratum Præceptoris nomen, cujus & gratiis pro felici informatione nunquam reminisci) quantane hodiernum delitescerent saluberrima inventa in rem medicam merita, Sed quorum jam nomina, manebunt perpetim. Imitemur jam holce, nec similes si ab Anatomix & sceletorum usû alienissimis, & scientiadeo salubrem inhumanem, horum vero structuram, n præstigiis parum abesse pronunciantibus, adeo, ut excell. Chirurgus Germanus, referente Oleario in itinerario eieto affabrè facto studia sua promoverè sedulus, cum sceret, in fuga salutem quærere, & regno exire coactus eto igne combusto; nec enim rudioris hujus populi eri nobis arrident, hunc quoque scientiarum congis pariter relinqvamus. Adeste Ergo, quos propria

